

cap. 2. num. 103. his verbis: "Ego Celestinus Papa V. motus ex legitimis causis, id est, causa humilitatis & melioris vite, & conscientie illasae, debilitate corporis, defectu scientiae, & malignitate populi, & infirmitate personae, & ut praeritate consolationis vite possim reparare quietem; sponte, ac libere cesso Papatus, & expresse renuntio loco, & dignitati, honori, & honori, dans plenam, & liberam facultatem, ex nunc sacro cuncti Cardinalium eligendi, & providendi dumtaxat canonice Universali Ecclesiae de Pastore."

14 Non possunt tamen resignare beneficia Clerici intrusi, & alii similes non habentes canonicum titulum: Isti enim cum non habeant legitimam possessionem beneficiorum, nequeunt illa resignare. Nec juvat, quod illa diu pacifice possederint, quia longa possessio illegitima, & injusta non justificat titulum aliis invalidum; cap. Dilecto 25. de Praebend. cap. Possessor 2. & cap. Sine possessione 3. de Regul. Juris in 6. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 9. num. 36. Reiffenstuel lib. 4. n. 49. & alii passim. (Vide lit. D pag. 28. num. 20. & lit. F pag. 48. num. 10.)

15 Item beneficia resignare non possunt Clerici, qui valide matrimonium contraxerunt, quia per contractum matrimonium beneficia ecclesiastica ipso Jure vacant, cap. 1. & 3. de Cleric. Conjug.

16 Item beneficia resignare non possunt Clerici, qui Religionem aliquam approbatam solemniter professi sunt, quia per professionem Religiosam beneficia statim ipso Jure vacant; Cap. Beneficium 4. de Regularibus in 6.

17 Item Clerici qui ad secundum Beneficium cum priore incompatibile promoti sunt, prius resignare non possunt, quia per ademptionem secundi Beneficii ipso Jure vacat primum, cap. De multa 28. de Praebend. Extravagant. Execrabilis eod. inter communes; Conc. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 4.

18 Item resignare non possunt Clerici beneficia illa, ad quorum titulum fuerint ad sacros ordines promoti, nisi facta mentione, quod ad illorum titulum fuerint sacris ordinibus initiati, neque talis resignatio admitti potest, nisi consensu, quod aliunde commode vivere possint, aliis facta resignatio erit nulla. Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. S. Pius V. const. 58. incip. Quanta Ecclesiae.

19 Item resignare non possunt beneficia Clerici infirmi intra 20. dies ante suam mortem; Sic Regula 19. Cancellaria, quae scribitur Regula de viginti, quae ita: Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit, sive in Romana Curia, sive extra illam, aliquod beneficium simpliciter, sive ex causa permutationis, vel aliis dimiserit, aut illius commendae cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signata, & postea infra viginti dies a die per ipsum Resignantem praestandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quovis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsaque beneficium nihilominus per obitum censetur vacare. (Lit. B pag. 332. in novis.)

20 Immo haec regula de viginti locum habet etiam in illis, qui dum sani erant, resignaverunt, & postea casu quodam, ad superveniente morbo inopinatum intra viginti dies decesserunt. Cochier ad Regulam 19. Cancellaria de viginti num. 16. vers. Itaque frustra: id probans ex verbis dictae regulae, ibi: Etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signata. Parisius lib. 12. de resignat. benefic. quest. 6. num. 7. testans de communi ista hodie communiter hanc regulam praticari. Vivianus de Jure patronatus, l. 13. cap. 10. num. 86. Rota apud Bichium decr. 164. numer. 14. & alia Rota in una Leonardi Beneficii 25. Maji 1640. coram Cerro decr. 11. num. 10. asserens, ita declarasse Clementem VIII.

21 Beneficia Juris patronatus, sive patroni sint laici, sive clerici, nequeunt resignari ad favorem tertii, neque permutari sine consensu patronorum, argum.

cap. Monasterium 33. caus. 16. quest. 7. Rota part. 1. recent. decr. 427. num. 1. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 18. a num. 2. & Glossa 47. num. 20. Gratian. Disceptat. forens. tom. 5. cap. 831. Barbos. lib. 3. Juris ecclesiastici univers. cap. 15. num. 142. cum pluribus ibi citatis; Pirhing. loc. cit. num. 13. Reiffenstuel. loc. citat. num. 61. Parisius lib. 2. quest. 4. num. 4. & leg. 7. quest. 15. num. 8. & alii passim; ipsorum enim patronorum in egest, ne ipsis neglectis, aliqui instituantur in beneficiis forte ipsis infensi, aut inimici.

Item beneficia electiva resignari non possunt in favorem alterius, neque permutari sine consensu illorum, qui Jus habent eligendi. Cardinal. in Clementin. unic. num. 18. de renuntiat. Flamin. l. 8. quest. 16. num. 11. Vivian. in praxi Juris patronat. lib. 13. cap. 10. num. 28. Garcias part. 11. de beneficiis cap. 4. num. 72. Barbosa loc. cit. num. 145. Reiffenstuel loc. cit. num. 61. Pirhing. loc. cit. num. 13. & ipso teste alii communiter.

Talis autem resignatio, vel permutatio sine consensu patronorum, vel Jus eligendi habentium facta, non est ipso Jure irrita; sed irritanda solum ad ipsorum contraditionem, & instantiam; & si eorum consensus post resignationem superveniat, erit valida, arg. cap. Quot sicut 28. de elect. cap. Cum nos 3. de his, quae sunt a Praelatis, cum similibus, Lessius lib. 1. de Just. & Jur. cap. 34. num. 193. & 198. Azorius part. 1. lib. 7. cap. 25. quest. 4. Reiffenstuel loc. cit. n. 62. Pirhing. loc. cit. num. 13. & communis aliorum.

Item resignari nequeunt, lite pendente, beneficia litigiosa, quia talis resignatio praesumitur fieri in fraudem colligantis; arg. cap. 1. de alienatione Judicii mandati causa facta, & cap. 2. Ut lite pendente in 6. Generaliter enim loquendo alienatio litigiosa, dum lite pendet, fieri prohibetur, & facta non tenet, ut expresse habetur ex toto tit. ff. Cod. de Litigiosis; Barbosa loc. cit. num. 147. Parisius cit. lib. 2. quest. 3. numer. 1. Azorius cit. cap. 25. quest. 3. Pirhing. loc. cit. num. 14. Reiffenstuel loc. cit. num. 55. & alii communiter. (Ad idem leges ex 13. ad 17. tit. 7. part. 3. tit. 12. lib. 1. For. Reg.)

Item Beneficia inita resignari non possunt, etiam antequam unum sortiarum effectum. Sic si beneficium a Petro possessione uniatu alicui ecclesiae, monasterio, vel seminario, ut post illius mortem effectum sortiarum, non potest Petrus illud beneficium resignare in alius favorem. Communis, per text. in Conc. Trident. sess. 11. de reformat. cap. 5. in fine, ibi: Quae uniones etiam non possint revocari, nec quoque modo infringi vigore cujuscumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis, & sess. 23. cap. 18. circa medium, ibi: Nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones, & applicationes suspendi, vel ullo modo impediri possint.

In Curia Romana, non admittuntur resignationes parochialium ad favorem tertii, praesertim cum reservatione pensionis ipsi Resignanti, vel alteri a resignatario praestanda, nisi exprimat per quantum tempus possederit ipse Resignans tale beneficium, & nisi illud possederit per quinque annos, vel circa, aut saltem tres, quamvis antea requirerentur septem, vel sex; Garcias de beneficiis, part. 11. cap. 3. n. 47. Isidorus Mosconius in tractat. de Majori. militanti. eccles. lib. 1. part. 3. cap. 2. rub. de benefico. fol. 451. Reiffenstuel loc. cit. n. 63. Prosper de August. in addit. ad quaranta in Sum. Bul. tit. Resignat. benefic. ultim. vers. Pyrr. Corrad. prax. benefic. lib. 5. cap. 1. num. 14. ubi testatur, hunc usum, seu styulum Datariae Apostolicae exordium habuisse a Gregorio XIV. qui sic servari mandavit, ex eo quod Innocentius IX. id antea statuerat, nempe ut accipiens beneficium Curatum, vel simile non possit illud renuntiare ad favorem tertii ante triennium.

Praedicta tamen praxis procedit solum in resignationibus, quae fiunt in Curia Romana in manibus Papae, non autem in illis, quae pure, seu absque reservatione pensionis fiunt in manibus Ordinarii; de his enim Gregorius XIV. nihil de novo statuit. Unde pure, &

libere, & absque ullo onere possunt similes resignationes fieri in manibus Ordinarii etiam ante annum possessionis; Pyrr. Corrad. loc. cit. num. 20. Reiffenst. loc. cit. num. 65. Parisius lib. 3. quest. 2. per tot. & alii.

28 Quamvis justa, & legitime cause, ob quas potest fieri beneficiorum resignatio, generatim ad duas reduci possit; scilicet ad utilitatem ecclesiae, salutem propriam; ut dicitur in cap. Quidem 12. de Resignatione, & notat Barbosa loc. cit. num. 89. Pirhing. loc. cit. num. 40. & alii: tamen Innocentius III. in cap. Nisi cum pridem 10. de resignatione sex assignat, ob quas potest Episcopus resignare Episcopatum, quae omnes continentur in his duobus versiculis ibidem in sumario allegatis.

Debilis, Ignarus, male Consciis, Irregularis.

Quem mala plebs odit, Dans scandala cedere possit. Prima igitur causa designata per ly *Debilis* est debilitas, seu infirmitas corporis, ob quam redditur quis impotens ad exequendum suum officium. Secunda designata per ly *Ignarus* est Ignorantia, seu defectus scientiae necessariae ad sui officii executionem. Tertia designata per ly *male Consciis*, est conscientia criminis, non quidem cujuslibet, sed illius dumtaxat, quod post praefatam poenitentiam impedit executionem sui officii, ex quo irroget infamiam ipso Jure, ut crimen heresis, simoniae, homicidii, & hujusmodi. Quarta designata per ly *Irregularis*, est irregularitas personae. Quinta designata per ly *Quem mala plebs odit*, est malitia plebis ita moribus, & personae ipsius Praelati adversariae, ut in ea quidquam amplius proficere non valeat. Sexta designata per ly *Dans scandala*, est grave scandalum quod aliter sedari non potest. Sic cit. cap. Nisi cum pridem 10. de renuntiatione, & ibi Glossa & Doctores communiter.

29 Causae autem, propter quas possunt Episcopi, & alii facultatem habentes simplices beneficiorum resignationes recipere, & admittere, assignantur a Sancto Pio V. in sua constitutione 58. incipient. Quanta Ecclesiae §. 3. his verbis: *Posthac Episcopi, & alii facultatem habentes eorum dumtaxat renuntiationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarum, aut corpore impediti, vel virgati, aut crimini obnoxii, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeant, aut non debeant ecclesiae, vel beneficio inservire, seu qui unum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contingerit promoveri. Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur. Denique cum quis ex alius casibus acciderit, qui in constitutione felicis recordationis Innocentii Pape III. de dimittendis cathedralibus ecclesiis edita continentur, qui etiam ob capitales inimicitias nequeant, vel non audent in loco beneficii residere securi, sed neque horum ullus saero ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valem ullo modo beneficium vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari.*

31 Hinc ubi dicta S. Pii V. constitutio est usu recepta, si resignatio ab Ordinariis admittatur absque ulla ex assignatis causis, est nulla; quia ibi ponitur decretum irritans; Pirhing. loc. cit. num. 56. in fine, Parisius, lib. 5. quest. 6. num. 223. & seq. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 19. quest. 5. Leurenus in foro beneficii part. 3. quest. 415. & alii. Sed testatur Zipaeus in Analysisi de renuntiatione num. 11. non esse ubique usu receptam; & non esse in usu Hispaniae asserit Garcias de beneficiis, part. 11. cap. 3. num. 270. & utrum in Germania edisserit Card. de Luca de benefico. discurs. 69. per tot.

32 Facta resignatio pura, & a legitimo Superiore admissa, non est amplius locus poenitentiae; sed Resignans potest compelli etiam invitus ad dimittendam possessionem Beneficii Resignati. Communis, textu expresso in cap. Quidam 12. de renuntiatione.

33 Dicitur autem notanter: *Es a legitimo Superiore admissa*, quia ante ejus admissionem, & ratificationem potest Resignans mutare voluntatem, & revocare Resignationem; Tunc enim res adhuc integra existit, & sic est locus poenitentiae, arg. cap. Lecta 14. de

renuntiatione, & cap. In causis 36. §. Quia vero de electione, leg. Si pecuniam, §. 1. ff. de condit. caus. dar. Unde si Resignans constitisset Procuratorem ad faciendam resignationem beneficii coram legitimo Superiore, re adhuc integra, potest poenitere, & mandatum Procuratorum revocare; Clement. unic. de renuntiatione. Garcias part. 21. de benefico. cap. 3. num. 227. citans Rotam dec. 1. in fine, & dec. 3. de renuntiatione in antiquis, Sannig. de renuntiatione, cap. 6. num. 3. Reiffenst. loc. cit. num. 49. Rebuff. in praxi benefico. tit. de resignatione conditionali, num. 31. & alii passim.

34 Qui beneficium resignavit, non obstante sua resignatione, potest redire ad idem beneficium ex novo titulo superveniente, videlicet si iterum ad illud praesentetur, vel eligatur. Communis, textu expresso in cap. Cum inter 2. de renuntiatione, juncta Glossa finit. ibid. & Glossa in cap. Susceptum, verb. Non morte, de rescriptis in 6.

35 Resignatio beneficiorum non potest fieri in manibus laici, etiamsi esset patronus, Rex, vel Imperator, nisi habeat Jus conferendi, & recipiendi tales resignationes ex privilegio apostolico. Communis, textu expresso in cap. Quod in dubiis 8. de resignatione.

36 Neque resignatio beneficiorum fieri potest propria auctoritate, sed debet fieri de auctoritate, & assensu, & in manibus legitimi Superioris ecclesiastici habentis potestatem instituendi, & destituendi respectu talium beneficiorum. Communis, per text. in cap. Non oportet 18. cap. Sivero 23. cap. Si quis Presbyter 24. caus. 7. quest. 1. cap. Admonet 4. de renuntiatione. & cap. illo 1. & cap. Inter corporalia 2. de translatione. Episcop. cum similibus juncta Glossa in Clementin. unic. de renuntiatione, verb. Manibus.

37 Hinc resignatio ad favorem tertii, seu cum clausula *Non aliter*, non potest fieri nisi in manibus Papae; Sic Barbosa loc. cit. n. 58. Pirhing. loc. cit. n. 77. Reiff. loc. cit. n. 110. Engel lib. 1. Decret. tit. 9. n. 8. citans communem omnium doctrinam, & in praxi observatam, quamvis Covarrubias, Sotus, & alii pauci relati a Garcia p. 111. de beneficiis, cap. 3. num. 153. contrarium senserint. Et ratio est, quia hujusmodi resignatio, vel continet simoniam Juris ecclesiastici, ut docent Glossa in cap. Dilecto, verb. Resignavit, de Praebend. Garcias loc. cit. num. 152. allegans Rotam decr. 146. lib. 2. & dec. 921. lib. 3. part. 3. diversor. & decr. 265. p. 2. & dec. 666. novis. Farinac. Rebuff. in praxi benefico. tit. de renuntiat. conditional. num. 1. Navarr. cap. 23. Manual. num. 107. §. Ad Decimum: Parisius lib. 13. de resignat. quest. 3. num. 12. asserens, ita scribere omnes fere Doctores, vel saltem aliter est in Jure prohibita, ut expresse eam prohibuit Hilarius Papa in Concilio Romano relato cap. Plerique 5. caus. 8. quest. 1. & S. Pius V. const. 58. incip. Quanta Ecclesiae: Atqui in simonia Juris ecclesiastici, & in Jure canonico solus Papa de plenitudine potestatis dispensare potest, textu expresso in cap. Proposuit 4. de concessio. Praebend. ergo, &c.

38 Unde resignatio ad favorem tertii, seu sub ea conditione facta, ut soli personae a resignante nominate conferatur beneficium, ita ut non habeat effectum, nisi conditio impleatur, non potest recipi, & admitti ab Episcopo, vel alio Collatore Papae inferiori, Pirhing. loc. cit. num. 77. ubi testatur de communi, & de stylo, & usu Curiae Romanae, & communi consuetudine.

39 Potest tamen Episcopus, vel alius Collator Papa inferior per se loquendo, & spectato Jure communi, admittere resignationem simpliciter, & sine ulla pactione, aut conditione obligatoria factam; licet tali resignationi addatur a Resignante deprecatio, seu commendatio, ut beneficium resignatum certa personae facta ad preces Resignantis, erit simonica; quia nihilominus liberum est Collatori conferre beneficium cui voluerit, neque injuriam facit nominato, si alteri conferat, cum ex ea nominatione, seu precum interpositione non sit Jus aliquod acquisitum illi nominato. Covarrubias lib. 1. Variar. resolut. cap. 5. num. 5. Zoestias tit. de simonia, num. 74. Tholosanus in Institut. rei be-

nefic. cap. 8. num. 6. Navarr. in Manual. cap. 23. n. 107. Layman lib. 4. theol. moral. tract. 2. cap. 17. num. 6. Engel lib. 1. Decret. tit. 9. num. 1. Pirhing. ibidem. num. 76. Reiffenstuel ibidem. num. 12. & seq. & alii. Et hoc colligitur ex cap. Cum universum 8. de rerum permutat. & cap. Ex parte 13. de Offic. Deleg. ubi similes Resignationes leguntur, nec tamen ex hoc capite reprobantur; quamvis ex aliis rationibus non tenerint, ut recte observat Reiffenstuel loc. cit.

40 Dicitur autem notat: Per se loquendo, & spectato Jure communi, quia S. Pius V. const. 58. incip. Quanta Ecclesiam: id omnino prohibuit precis his verbis: Caveant autem Episcopi, & alii predicti, itemque omnes Electores, Praesentatores, & Patroni, tam Ecclesiastici, quam Laici, quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in hujusmodi beneficiis, & officiis successoribus, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu signentur, aut de his assumendis promissio, inter eos, vel etiam intentio qualescumque intercedat. Unde ubi haec constit. S. Pii V. est us recepta, & viget, non currit data conclusio, quae dicit solum per se loquendo, & spectato Jure communi canonico, cui nondum inserta est dicta constit. quae neque ubique recepta est, ut testatur Zipens in Analysi Jur. Pontific. tit. de renuntiat. num. 1. Layman lib. 4. theol. moral. tract. 2. cap. 17. num. 6. Engel tit. de filiis Presbyter. num. 3. Garcias de beneficiis, part. 11. cap. 3. num. 270. & alii, & jam fuit observatum supra num. 31.

41 Neque ibi potest Episcopus, aut alius Collator Papa inferior beneficia in suis manibus resignata conferre consanguineis, vel affinibus, aut familiaribus suis, aut Resignantium, vel admittentium resignationem. Sic expresse S. Pius V. citat. constit. incip. Quanta Ecclesiam, & Ceterum: ibi: Ceterum praecipimus, atque interdici-mus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores de beneficiis, & officiis resignandis predictis, aut suis, aut Admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatum in extraneos Col-lationum audeant providere. Et sic declaravit etiam Gre-gorius XIII. ex sententia Sacrae Congregationis Conci-lii, prout refert Pyrrhus Corrad. prax. benefic. lib. 5. cap. 1. num. 51. his verbis: Episcopus non potest ad-mittere in Parochialibus in suis manibus resignatis con-sanguineos, vel familiares tam suos, quam Resignantium, ex Bulla S. Pii V. ann. ejus tertio, Kal. April. S. D. N. Gregor. XIII. ex sententia Sacrae Congregat. declaravit, & ideo admonendam Episcop. ne hujusmodi consangui-neos, vel familiares admittat ad concursum. Ventriglia tom. 22. Annot. 4. §. 2. num. 10. ubi ex Fusco, Genueni, Riccio, Garcia, & aliis notat, quod Ordinarius, non solum non potest conferre beneficia resignata suis, vel si admisso resignationis ad alterum spectet, Admittentis Resignationem consanguineis, affinibus, & familia-ribus, sed nec etiam ipsius Resignantis.

42 Praedicta tamen constitutio S. Pii V. de non confe-rendis beneficiis resignatis consanguineis, affinibus, vel familiaribus Episcopi Collatoris, vel resignantis, aut Admittentis resignationem, non habent locum in be-neficiis de Jure patronatus, cum ipsa debeant conferri praesentatis à patronis, prout declarasse Gregor. XIII. refert Pyrr. Corrad. loc. cit. num. 54. his verbis: Nos Hieronymus tituli S. Pancratii S. R. E. Presbyter Car-dinalis Matthejus fidem facimus, & attestatur, in li-bris Sacrae Congregat. Concilii, qui apud Nos aservan-tur, adnotatum esse, quod felic. record. Gregor. XIII. de-claravit, beneficia Juris patronatus non comprehendit in §. Ceterum contento in constit. san. mem. Pii V. relaxante prohibitionem de non admittendis resignationibus; quo §. prohibentur Episcopi beneficia eorum manibus Resig-nata, eorum, aut Resignantium affinibus, consanguineis, vel familiaribus conferre.

Hieronym. Cardin. Matthejus.

43 Cum autem praedicta S. Pii V. constitutio sit admo-dum notabilis quoad resignationes faciendas, & admit-tendas, & teste Pyrrho Corrado loc. cit. num. 59. ma-

ximopere vigeat, juvat hic eam ad omnium commodum per extensum adducere.

PIUS EPISCOPUS, &c.

QUANTA Ecclesiae Dei incommoda omni tempore patulit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, jam late perspicant, & cum mœrore expandant Praesules omnes, & Pastores, quan-do hæc perniciēs ceterarum omnium maxima tam mul-tas orbis ecclesias impie violat.

§. 1. Quia vero hoc malum cum in ceteris fre-quentius, tum maxime in beneficiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hæc in re frequentiores internocuntur, certam aliquam rationem tandem inturi, Officii nostri par-tes in prohibenda omnibus interim resignationum hu-jusmodi receptione paulo severius interposuerimus, quomnesque beneficiorum interim resignandorum dispo-sitiones, quæ ferent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus, nullum per ea in illis jus, neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio ipsis provisum tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore: Collatores vero, alias in illorum dispositione, etiam tam-quam devolutionis jure sese interponere non posse, sed de eis, ut verè vacantibus, sive per Romanos Pontifi-ces, sive alios Collatores eorumdem superiores, uti præventum esset, libere provideri.

§. 2. Nunc autem intendentes institutum hoc nos-trum; quo Sanctuarium Domini cupimus illibatam, auctore Domino persequi, ac simul, quantum in nobis est cavere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio nullisque, vel certe levibus causis passim, & temere admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac certa omnia nostris super his literis contenta eate-nus relaxamus.

§. 3. Ut posthac Episcopi, & alii facultatem ha-bentes eorum dumtaxat resignationes recipere, & ad-mittere possint, qui aut senio confecti, aut corpore impediti, vel vitiat, aut criminii obnoxii, censuris-que ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesiae, vel beneficio inseruire, seu qui unum aliud, vel quos aliud, contigerit promo-veri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contrahuri si statim postea id re ipsa exequantur, de-nique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui consti-tutione fel. re. Inno. Papæ III. de dimittendis ca-thermalibus ecclesiis, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii residere securi; Sed nec eorum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium, vel officium eccle-siasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari; Ad hæc benefici-orum, & officiorum permutaciones admittere, quæ ca-nonice sanctionibus, & apostolicis constitutionibus permittuntur.

§. 4. Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes Electores, Praesentatores, & Patro-ni, tam Ecclesiastici, quam Laici, quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo, futuri hujus-modi beneficiis, & officiis Successores ab ipsis Resig-nantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis, promissio inter neos, vel etiam intentio qualescumque intercedat.

§. 5. Ceterum praecipimus, atque interdici-mus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores de beneficiis, & officiis resignandis predictis, aut suis, aut Admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatum in extraneos collationum audeant providere, quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædicto-rum fuerit à quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.

§. 6.

§. 6. Qui vero contrafecerint, ut in eo, quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum in collatione, nec non electione, presentatione, con-firmatione, & institutione, prout qui competierit, tam-diū suspensi remaneant, donec remissionem à Roma-no Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos predictis penis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi con-ferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituire ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo-vero ad Capitula, & Conventus à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quam ipse Romanus Pontifex, sive absolutio-nis sive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) va-leat impertire. Prohibitione, & literis nostris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris.

§. 7. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, & specialibus quibuscumque, Episcopis, & aliis Supe-rioribus, ac inferioribus ecclesiarum Prælati, nec non Ecclesiis, Monasteriis, & Capitulis, Conventi-bus, Collegiis, & Universitatibus, eorumque & aliis personis, etiam regia, & imperiali majestate præ-dictis, sub quacumque verborum forma, & concep-tione concessis, per quæ effectus præsentium impedi-ri posset quomodocumque, vel differri, etiamsi de eis, ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, nec non Ecclesiis, Mo-nasteriis, locis, Ordinibus, & Dignitatibus, de qui-bus, nec non causis, propter quas illa concessa, spe-cialem, & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem.

§. 8. Ceterum jubemus, easdem præsentibus ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Aciè Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi; volumusque eas sic publicatas, omnes, & sin-gulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuis-sent singulariter intimatae.

§. 9. Exemplis quoque prædictis, etiam impres-sis, manue Notarii publicæ, & sigillo Prælati Eccle-siastici, vel ejus Curia obsignatis, eandem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnatio-nis Dominicæ 1568. Kal. Apr. Pontificatus nostri an-no tertio.

44 Resignatio reciproca triangularis, seu quadrangu-laris, quæ scilicet tres, vel quatuor simul resignant sua beneficia ea conditione, sive pacto, ut primus re-signet suum beneficium secundo, & secundus suum tertio, & tertius suum quarto, & quartus suum primo; non potest admitti ab Ordinarii Papa inferiori-bus, sed solum ab ipso Papa. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 15. reprobans dictas resignationes recipro-cas, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 14. num. 58. Navarr. manual. cap. 23. num. 10. cons. 43. de Simonia, Antonell. de regimine Ecclesie lib. 3. cap. 11. num. 8. Barbosa lib. 3. Jur. ecclies. univers. cap. 15. num. 120. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 9. numer. 83. Reiffenstuel ibidem num 124. Sanig. ibidem cap. 5. num. 5. & alii passim. Et ratio est, quia talis resignatio fit in fa-vorem tertii, seu cum clausula Non alter, & simul involvit pactiorem quamdam præviam, quæ circa spiri-tualia, vel connexa spiritualibus labem semper conti-net Simonia: Jure ecclesiastico prohibita; cap. Quæ-situm 5. de rerum permutat. cum similibus; solum autem Papa de plenitudine suæ potestatis potest dispensare su-pra Jus ecclesiasticum, & purgare, seu tollere talem labem simoniae, cap. Proposuit 4. de concess. præbend. & faciunt dicta supra num. 38.

45 Resignatio beneficii conditionalis, quæ fit cum reservatione perpetua certæ pensionis in pecunia, vel parte fructuum, v. gr. tertia vel dimidia, non potest admitti ab Ordinario Papa inferiore, sed solum ab ipso Summo Pontifice. Parisius lib. 6. de resignat. benefico. quest. 1. num. 3. & quest. 2. numer. 1. & 2. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 20. quest. 1. & cap. 21. quest. 7.

Pirhing. loc. cit. num. 80. ubi testatur de communi: Et ratio est, quia talis resignatio est Jure communi canonico prohibita, cum beneficia regulariter dividi nequeant; cap. Majoribus 8. de Præbend. & sine dimi-nutione sint conferenda; cap. unic. Ut ecclesiastica be-neficia sine diminutione conferantur. Beneficium autem dividitur, vel saltem cum diminutione confertur, cum uni pensio, vel fructus ex beneficio dantur, alteri vero Jus, & Titulus beneficii confertur, adeoque, &c. Tum quia resignare beneficia sua sub reservatione pensionis perpetuæ coram Ordinario Papa inferiore est simonia Juris ecclesiastici, ut tradunt Abbas, Covarr, Suarez, Valentia, Bonacina, Castropal. Diana, Barbosa, Lau-rentius citati, & secuti à La Croix lib. 4. num. 1056. quia est pactum in materia Beneficentia; per textum, in cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. cap. Super hoc 6. de renuntiat. cap. Matthæus 23. de Simonia, & Extravagant. Detestabile eodem inter communes, cum similibus; Simoniam autem Jus ecclesiasticum purgare, & tollere potest solum Papa, cum ipse solum possit de plenitudine suæ potestatis supra omne Jus ecclesiasti-cum dispensare, citat. cap. Proposuit 4. de concess. Præbend.

Quandonam autem, quomodo, & ex quibus causis possit Episcopus pensionem imponere? Vide verb. Pensio à num. 14. ad 28.

Resignatio beneficii cum reservatione regressus, 47 ingressus, vel accessus non potest fieri in manibus Ordinarii Papa inferioris, sed solum in manibus ipsis Summi Pontificis. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 7. S. Pius V. constituit. incip. Romani Pontificis providentia: & tenet communis Doctorum, teste Pirhing loc. cit. n. 81. Quid autem sit regressus, & ingressus vel accessus; Vide supra num. 10.

Beneficia reservata, quorum collatio spectat ad so-lum Papam, quamvis possint simpliciter dimitti in ma-nibus Ordinarii Papa inferioris, dummodo hic aliis illa non conferat, tamen nequeunt resignari cuiquam alie-ri, sive ex causa permutacionis, sive in gratiam, & fa-vorem tertii, nisi in manibus Papæ. Sic expresse statuit. revocando omnes similes licentias, & facultates Inno-centii IV. constituit. incip. Sicut bonus Pastor, & con-cordat. regula tertia Cancellaria, & tenent Doctores com-muniter.

Resignatio beneficii facta cum pacto, ut resignatarius solvat expensas factas olim à resignante in assecu-tione illius beneficii, est simoniaca, unde non potest fieri in manibus Ordinarii Papa inferioris, Parisius lib. 14. de resignation. beneficiorum quest. 5. num. 1. & ipso teste Communis aliorum; in beneficiis enim ecclesiasticis omnis pacto, omnisque conventio debet omnino cessa-re, cap. Super eo 7. de transactio-nibus, cap. ultim. de pænit. cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. cap. Super hoc 6. de renuntiat. cap. Matthæus 23. de Simonia, cum similibus, super quibus Juribus ecclesiasticis solum Papa potest dispensare, ex cit. cap. Proposuit 4. de concess. Præbend. Vide verb. Transactio, n. 1. & 7.

Resignatio facta cum pacto, ut resignatarius solvat omnes expensas factas in admissione resignationis, atque expeditione bullarum ab utraque parte cetero-quin faciendæ, est simoniaca, nec potest admitti ab Ordinario Papa inferiore, sic Parisius citat. quest. 5. num. 6. Suarez, de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 34. n. 19. Garcias part. 11. de benef. cap. 3. numer. 148. Reiffenstuel loc. cit. num. 78. Pirhing loc. cit. num. 91. & ipso teste alii communiter per rationem, & Jura ad-ducta num. anteced. Ipsi tamen Doctores hoc limitant, nisi talis conventio, & pacto Summo Pontifici decla-retur, & ab ipso approbetur, quia cum talis simonia sit solum ecclesiastica, potest eam Papa purgare, & penitus tollere, cum ipse de plenitudine suæ potestatis possit supra omne Jus Ecclesiasticum dispensare, ex cit. cap. Proposuit 4. de concess. Præbend.

Resignatio beneficii facta cum certa confidentia, 52 seu pacto inito, ut Resignatarius postea illud suo tem-pore cedat certo suo consanguineo, vel affini, aut amico, est omnino illicita, nulla, ac simoniaca, simo-nia

nia confidentiali expresse damnata à Pio IV. const. *incip. Romanum Pontificum*: & à S. Pio V. const. *incip. Intollerabili*.

53 Resignatio beneficii, ut sit licita, & valida, debet esse spontanea, & libera, non vi, aut gravi metu extorta, aliàs vel ipso Jure erit nulla, & invalida, vel saltem per Judicium officium ad partis petitionem erit rescindenda. *Parisiis de resignat. benef. lib. 13. quest. 2. num. 8. Garcias part. 11. de benef. cap. 5. num. 143. Aloysius Riccius part. 2. praxis resolut. 483. numer. 3. cum Rota ibi citata, & pluribus aliis. Abbas in cap. Ad aures num. 8. & cap. Ad audientiam num. 1. de his, quæ vi, metusve causa sunt, Azorius part. 2. lib. 7. cap. 26. quest. 1. & 2. Pirhing loc. cit. num. 84. Reiff. loc. cit. num. 3. & alii passim per text. in cap. Abbas 2. cap. Ad aures 3. & cap. Ad audientiam 4. de his, quæ vi metusve causa sunt.*

54 Resignatio beneficii, ut sit licita, & valida, debet etiam esse pura, & libera ab omni pecunia, & omni pactione, seu conventionem dandi aliquod temporale intuitu ipsius, aliter est simoniaca. *Communis, per text. in cap. Super hoc 6. de renuntiat. cap. Cum pridem 4. & cap. ultim. de pactis, cap. Mattheus 23. & cap. Tu nos 34. de Simonia, & Extravagan. Cum detestabile eod. inter communes cum similibus.*

55 Resignatio pura, seu simplex, & absoluta admitti potest ab Episcopo sub justis, & certis causis assignatis à S. Pio V. constitut. 58. *incip. Quanta Ecclesiam: & adductis supra numer. 31. ex præcis suis verbis. Vide ibi.*

56 Permutatio beneficiorum est reciproca beneficiorum resignatio facta adinvicem inter permutantes ex justa causa, & auctoritate legitimi Superioris. *Ita in re communis.*

57 Justa causa faciendi dictam permutationem coram Ordinario est necessitas, vel utilitas ecclesie. *Communis, per text. in cap. Quæsitum 5. de rerum permut.*

58 Necessitas, vel utilitas non requiritur ex parte utriusque ecclesie, sed sufficit ex parte unius. *Sic communis Doctorum quoad necessitatem, & quamvis quoad utilitatem velint aliqui, quod requiratur ex parte utriusque ecclesie; tamen opinio communior tenet, sufficere ex parte unius, per text. in cit. cap. Quæsitum in fine, ibi: Ut qui uno loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere. Garcias de benef. part. 11. cap. 4. n. 46. Ventriglia tom. 2. Annotat. 4. §. 2. n. 18. Leurentius part. 3. quest. 859. La Croix lib. 4. n. 1101. & alii plures.*

59 Immo non solum utilitas ecclesie, sed etiam utilitas ipsorum Beneficiorum est sufficiens, & justa causa faciendi permutationem coram Ordinario; cap. Cum anniversorum 8. de rerum permut. ubi legitur: Permutatio beneficiorum facta eo quod utilitati utriusque permutantium imminere crederetur, ibi: Quam utilitati utriusque imminere credebant, & ibi Glossa verb. Utilitati: & Abbas num. 7. Garcias loc. citat. cap. 4. num. 47. Barbosa loc. cit. num. 127. Lambert de jure patron. part. 1. lib. 2. quest. 6. num. 59. Geruens. in Praxi cap. 65. num. 10. vers. Circa: Ventriglia loc. cit. n. 19. Reiff. loc. cit. n. 95. & alii plures contra Parisium, Tuschum, Zetolam, & alios.

60 Permutatio beneficiorum, ut sit licita, & valida, debet fieri auctoritate legitimi Superioris; Unde si fiat privata auctoritate permutantium, est simoniaca. *Communis, per text. in cit. cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. Hinc permutantes privata sua auctoritate, sine consensu legitimi Superioris, perdunt sua beneficia, cap. Cum olim 7. de rerum permutatione, juncto ejus Summario, in quo sic expresse habetur: Beneficia sua perdunt, qui ea propria permutant auctoritate, & concedat cap. Si quis Episcopus 7. quest. 1. & cap. Quanto 3. de translat. Episcop.*

61 An autem sint privati suis beneficiis ipso Jure, vel privandi sint per sententiam variant Doctores; Navarrus enim, Lessius, Layman, Castropal, Kocher apud Leuren. part. 3. quest. 847. Reiffenstuel loc. cit. num. 86. & alii dicunt, eos, qui beneficia per-

mutant propria auctoritate, non amittere illa ipso Jure; ideoque posse propria auctoritate ad illa redire saltem per foro conscientie, & quando per sententiam non privantur, ut videtur innui in cit. cap. Olim 7. de rerum permut. Garcias autem part. 11. de benef. c. 4. num. 59. Barbosa loc. cit. num. 175. Suarez lib. 4. c. 57. num. 41. Pirhing lib. 3. Decretal. tit. 19. numer. 24. Busembau lib. 9. part. 1. tract. 1. dub. 2. art. 3. cum aliis ibi citatis, & plures alii probabilis volunt, quod hodie tales permutantes sint ipso Jure privati suis beneficiis, simulque excommunicati ante Judicis sententiam, juxta Extrav. Cum detestabile, de Simonia inter communar.

62 Legitimus Superior, qui potest auctoritate prestare permutationem beneficiorum, est solus Papa quoad beneficia majora, & reservata; beneficia enim reservata, quorum collatio spectat ad solum Papam, prohibentur resignari, & consequenter permutari coram Ordinario Papa inferiori. Innocent. VI. const. *incip. Sicut Bonus Pastor: Extravag. Execrabilis, §. Quæ omnia, de Prebend. & concordat. regula tertia Cancellaria.*

63 Item legitimus Superior pro admittenda permutatione beneficiorum, est Episcopus loci, in quo sunt beneficia, cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. in 6. & communis Doctorum.

64 Item omnis Ordinarius, seu Prælati habens jurisdictionem Episcopalem, vel quæ, etiam forte dignitatem episcopalem non habeat, quia hæc facultates competunt Superiori ratione jurisdictionis, & non ratione dignitatis. Abbas in cit. cap. Quæsitum. num. 4. Garcias cit. cap. num. 79. cum aliis ibi citatis, Ventriglia loc. cit. num. 20. Barbosa loc. cit. num. 175. cum aliis ibi adductis, Leuren. loc. cit. quest. 852. & alii passim.

65 Item Vicarius Generalis Episcopi, vel alterius Ordinarium, si ad id facultatem speciale habet, secus vero si illam non habeat. Garcias loc. cit. cap. 4. numer. 74. Azorius cit. cap. 29. quest. 4. Bellamer. part. 1. quest. 3. Barbosa loc. cit. num. 177. Leurentius loc. cit. quest. 840. Ventriglia loc. cit. num. 21. ubi dicit hoc esse indubitatum apud omnes.

66 Item Capitulum seu Vicarius Capitularis, sede vacante, ubi beneficiorum collatio spectat communiter ad Episcopum, & Capitulum, & ubi beneficia spectant ad collationem tertii; non autem si spectent ad collationem Episcopi tantum. Garcias loc. cit. numer. 75. Ventriglia loc. cit. num. 23. Barbosa loc. cit. num. 176. Leuren. loc. cit. quest. 849.

67 Item Visitator, seu Administrator Ecclesie vacantis à Papa constitutus. Leuren. loc. cit. q. 830. La Croix, lib. 4. n. 1094. Cochier, & alii passim.

68 Si permutantes habeant beneficia in diversis diocesis, requiritur utriusque Episcopi auctoritas, vel utriusque Vicarii Generalis ad id speciale facultatem habentis; potest tamen unus Episcopus, vel Vicarius totum negotium committere alteri. Garc. loc. cit. n. 65. Navarrus Summa Bullar. verb. Beneficiorum Resignat. num. 20. Ventriglia loc. citat. num. 22. Leuren. loc. cit. quest. 829. La Croix loc. cit. num. 1095. & alii passim.

69 Ordinarii possunt permutationes admittere etiam in mensibus apostolicis, seu papalibus, quia beneficia, quæ vacant per resignationem non reservantur per alternativam, ut excipit regula 8. Cancellaria; & sic censuit Sac. Congreg. Episcoporum sub die 22. Maji 1831. apud Barbosam loc. cit. num. 194.

70 Inferior Collator, qui nec est Episcopus, nec jurisdictionem episcopalem, nec quasi episcopalem habet, non potest prestare auctoritatem pro permutatione beneficiorum. Garc. loc. cit. n. 68. & seq. Barbosa loc. cit. n. 175. cum aliis ibi citatis; Ventriglia loc. cit. num. 25. & alii contra Silvestrum, & Angelum.

71 An Ordinarii, cessante pacto partium, in permutatione beneficiorum mandare possint, quod recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem alteri suo tempore duraturam ad coequandos fructus utriusque beneficii? Vide verbi Pensio, num. 24.

Quam-

72 Quamvis beneficiorum permutatio non possit fieri propria auctoritate, possunt tamen permutare intendentes inter se tractare, & convenire de permutatione faciendi, si accessura sit auctoritas Superioris, in cujus manibus ea resignare intendunt. Abbas in cit. cap. 2. Quæsitum 5. de rerum permut. num. ultim. Rebuff. in prax. benef. tit. de permut. num. 52. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. lib. 9. n. 102. Pirhing. lib. 2. Decret. tit. 19. numer. 21. & alii passim. Et ratio est clara, quia talis prævius tractatus est medium moraliter necessarium ad permutationem faciendam, ne alloquin hanc intendens cæco modo suum beneficium permutare cogatur cum beneficio alterius, ignorans, an alter ad hoc sit paratus. Concesso enim sine, scilicet permutatione beneficiorum, censetur etiam concessa media, sine quibus finis commode obtineri nequit, leg. Cui jurisdictione 2. ff. de Jurisdictione, ibi: Cui jurisdictione data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictione explicari non potest; cap. Præterea 5. de Offic. Judic. Delegat. ibi: Quia ex eo quod causa tibi committitur super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenarius recipit potestatem, cap. Suspicionis 39. eod. ibi: Cum sicut jurisdictione, sic & cetera, sine quibus explicari non potest, intelligantur esse commissa. Vide verbi Pensio, n. 27. (lit. A, pag. 97. n. 13.)

73 Beneficia Juris patronatus nequeunt permutari coram Ordinario sine consensu patronorum. Barbos. loc. cit. num. 182. Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 10. num. 399. Stephanus Gratian. discept. forens. cap. 835. Castropal. tract. 13. d. 6. p. 3. §. 2. num. 4. Garcias de benef. part. 11. cap. 3. numer. 19. Lotter. de benef. lib. 2. quest. 14. num. 75. & seq. Ventriglia loc. cit. num. 27. Cardin. de Luca de benef. dist. 40. & dist. 40. La Croix loc. cit. num. 1091. Lambertin. de Jure patron. part. 1. lib. 2. quest. 6. Rota in Gerundens. benef. de Agulana 8. Martii 1627. & 21. Februarii 1628. coram D. Pirovano, quam citat Barbosa loc. cit. & sic tenent Doctores passim, arg. cap. Monasterium 23. caus. 16. quest. 7. Ipsorum enim patronorum interest, ne ipsis neglectis aliqui instituantur in beneficiis forte ipsis infensi, & inimici. Vide supra num. 22. Unde si permutatio fiat sine consensu patronorum, & ipsi reclamant, vacat beneficium, potestque à patronis presentari alius post sententiam de nullitate inducente vacationem; Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 14. num. 75. & sequent. & num. 84. Ventriglia loc. cit. num. 27. Geminian. Garcias, Selva, Lambertin. Card. de Luca, & alii, quos citat, & sequitur La Croix loc. cit. num. 1091. Si autem sit facta sit permutatio ob ignoratum patronum, potest sic permutans redire ad beneficium, etiam invito patrono, quia nec contempsit, nec ingratus fuit. Rota in Gerundens. permutationis 5. Julii 1595. coram D. Littà, quam refert Garcias de re benef. part. 11. cap. 3. sub num. 19. Lotter. loc. cit. Leuren. loc. cit. q. 294. Ventriglia loc. cit. num. 27. Bellamer. Gamb. Lambertin. & alii citati, & secuti à La Croix loc. cit. num. 1091.

74 Verum si patroni requisiti pro suo consensu illum deponent sine juxta causa, potest Episcopus auctoritatem valide prestare sine eorum consensu, si permutatio petatur in magnam ecclesie utilitatem, cum in tali casu non censeatur contempni patroni. Felinus in cap. Cum accessissent num. 30. de Contri. Ventriglia loc. cit. num. 27. Stephan. Gerola, Rebuff. Abbas, Covarrub. Lambert. Card. Tondut. Cochier, qui dicunt sic declarasse Sac. Congregationem, ut refert, & sequitur La Croix loc. cit. num. 1091.

75 Etiam si permutatio fiat coram Summo Pontifice sine consensu patroni, adhuc dicit Lotter. loc. cit. fore irritam, reclamante patrono, nisi Papa derogaret Juri patronatus, quia non aliter censetur contempni. Card. de Luca de benef. dist. 40. num. 2. & d. 9. & dist. 49. num. 5. La Croix loc. cit. num. 1091. & alii.

76 Permutatio beneficii debet fieri cum altero vero beneficio, nec potest fieri coram Ordinario cum pensione. Barbosa loc. cit. num. 178. Reiffenstuel lib. 1. tit. 9. num. 100. La Croix loc. cit. à num. 185. Leuren. p. 3. quest. 821. & alii passim. In jure enim est solum

permissum Episcopis, ut admittere possint permutationem beneficii cum beneficio, unde non est extendenda hæc facultas ultra proprietatem verborum ad permutationem beneficii cum pensione, arg. cap. Cui de non 27. de Prebend. in 6. Cum enim versetur in materia potius odiosa, quam favorabilia utpote contra dispositionem antiquorum Canonum generaliter prohibentium quamlibet pactionem in beneficiis, nulla est hic faciendi extensio, arg. cap. Odià 25. de Reg. Jur. in 6.

77 Ad validitatem resignationum, & permutationum beneficiorum requiritur necessario earum publicatio facta juxta formam indicatam à Gregor. XIII. const. 85. *incip. Humano vix Judicio: quæ, ut ab omnibus in promptu habeatur, hic ac literam datur.*

GREGORIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

HUMANO vix judicio ita bene quicquam, & providenter sanciri potest, quin usus sæpe aperiat, donecque, id, quod salubre fore credebatur, minus expectando prodesse, quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas, simulatas, occultas beneficiorum ecclesiasticorum resignationes diversi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fel. recordat. Pius V. prædecessor noster novissime promulgavit, cognoscimus accidisse.

§. 1. Nos hoc malum, propterea, necessitatesque postulat, coercere volentes, statuimus, ut post hæc omnes, & quæcumque resignationes, etiam causæ permutationis ac commendarum, & etiam literis apostolicis non confectis, & possessione non habita, nec non litis, & jurium quorumcumque concessiones, nec retrocessionis, quæ deinceps de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis in nostris, seu Rom. Pontif. pro tempore existentibus manibus, ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & à nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quæcumque alia dispositiones, sive temporales, sive perpetuæ, aut ad hoc mandata apostolica sub quacumque forma, & quibuscumque vetiam S. R. E. Cardin. de piis locis quocumque præsilio snifultis facta publicari debeant cum literis apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium citra montes fuerit, ultra vero intra novem, à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ hujusmodi ex quavis causa, diversisque subsequentibus datis, ac quotiescumque, & quovis modo reformatæ, & valida reddita fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alias concessionibus, ac etiam in ipsismet primum resignationem, vel cedentem, retrocessionem, termino prædicto nondum elapso intercesserint, ita ut unicus dumtaxat terminus omnibus his successivis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremus gratiam habuerit, publicationem hujusmodi facere, ceteraque omnia hic præscripta, intra eundem terminum præstatere teneatur.

§. 2. Ipsa autem publicatio in cathedrali, & in beneficii ecclesia, vel ecclesia, si in pluribus illud sit, fiat ubique, dum frequens populus ad missarum solemniam convenit, Palam omnibus literæ apostolicæ prædictæ, earumque transumptum autenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio hujusmodi, ac beneficii qualitas, & invocatio, nominæque, & cognomina Resignantis, seu Cedentis, ac illius, in cujus favorem gratia hujusmodi facta est, pronuncientur, ita ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter pervenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato, vis dictarum ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero ecclesia beneficii ruralis sit, aut populo, conventuque careat, eo casu in parochiali, intra cujus pa-

»ochiae limites beneficium ipsum consistit, & in ca-
»thedrali ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisve
»manifestis periculis subiacet, tunc in proxima paro-
»chiali, ac etiam cathedrali, vel si aditus ad illas,
»aut utramvis minime sit securus, in alia cathedrali,
»vel parochiali viciniore periculis immuni publica-
»tio hujusmodi peragatur.

§. 3. »Jus quoque, in quem disponi, vel manda-
»ri de beneficio etiam litigioso, vel accedente non pos-
»sesso, sub quacumque forma contigerit possessionem
»beneficium intra dictum tempus vigore literarum apos-
»tolicarum desuper confectarum, nec aliis apprehen-
»dere debeat, & si propter litem, aut aliud legitimum
»impedimentum nequiverit, saltem literas apostolicas
»cum earum publicatione, si tunc facta erit, Judici
»seu executori illarum, vel aliis ad quos pertinet, per
»se, vel procuratorem suum legitimum intra idem
»tempus presentare, & apud illum, vel illos pro ip-
»sarum literarum executione instare, & possessionem
»hujusmodi instanter petere teneatur.

§. 4. »Ceterum modus, & forma hic tradita sem-
»per, & ubique debeat observari, nec alia, vel equi-
»pollens ullo modo admitti in omnibus hujusmodi re-
»signationibus, cessionibus, & retrocessionibus, de
»quibuscumque ecclesiis, monasteriis, prioratibus, tam
»virorum, quam mulierum, dignitatibus, officiis, &
»beneficiis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Or-
»dinum, etiam Militarum, Regularibus, etiam elec-
»tivis, & manualibus, ac etiam de Jure patronatus
»laicorum illustrium, & aliis quomodocumque exis-
»tentibus, sive pacificis, sive in petitorio, sive in pos-
»sessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio nos-
»tro disponi consuevit, seu debet, quae posthac ex
»quacumque causa fient, & per nos, ac praedictos
»successores, extra tamen dictum Consistorium, ad
»administrationis, possessionis, fructuum, etiam omnium,
»ac rerum, & jurium quorumcumque; ad praedicto-
»rum tamen observationem eum, in quem juris sit ces-
»sio beneficium, quod tempore cessionis hujusmodi, &
»ante illam vigore literarum apostolicarum, ut supra,
»si ad id tenebatur, publicatarum realiter possidebat,
»nolumus obligari.

§. 5. »Quod si quicumque praedictorum omnium fue-
»rit, dictis terminis, ut cuique praescripti sunt, elapsis,
»omnes dispositiones, & gratiae resignatorum, & ces-
»sorum beneficiorum, aut jurium hujusmodi, cum om-
»nibus inde secutis, sive de pacificis, sive de litigio-
»sis, sint irritae, & inanes, nullaque alia gratia super
»hujusmodi beneficio, sive jure cesso, iis, quibus
»concessa fuerit, suffragetur, sed ipsi tales inhabi-
»tales, & incapaces sint ad hujusmodi beneficia sic
»resignata, & cessa, quandocumque obtinenda,
»nullaque, sive jura ab ipsa statim prima resignatione,
»sive cessione, etiamsi illa aliis nullae, & invalidae
»essent, vacavisse, & vacare censeantur eo ipso, nec
»resignatibus, seu cedentibus, si postea in sua pos-
»sessione remanent, constitutiones de annali, & trien-
»nali possessore, nec praesumptae, aut tacite retroces-
»siones etiam propter diuturnam continuam possessio-
»nem hujusmodi tolerantiam, nec omnino aliud jus
»vel beneficia, sive jura sic a principio vacantia, a
»Sede Apostolica praedicta dumtaxat impetrari valeant,
»ac concedi. Illorum vero impetrationes, vel etiam
»motu proprio concessionibus quibuscumque derogatio-
»nibus suffulget, nunquam sub clausulis generalibus,
»aut vacationum notis conditionalibus, vel implicitis
»comprehendantur, sed specialiter, & expresse ob non
»servatam praesentis constitutionis formam, ac cum
»declaratione nominum, & cognominum Resignantis,
»seu Cedentis, & gratiam habentis dispositive, &
»non conditionaliter fieri omnino debeant, & quicum-
»que sic impetrans, aut gratiam, etiam motu simili
»habens praefinitum cuique casui tempus praedictum a
»data concessionis gratiae sibi factae hujusmodi, ea
»omnia, quae cadens a jure praedicto debebat, pres-
»entare teneatur, & si pluribus gratiam hujusmodi fieri
»contigerit, is praeter omnibus obtineat, qui primus pu-

»blicationem suae impetrationis fecerit, & possessio-
»nem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque requisita
»praedicta adimpleverit, quamvis in data sit postremus,
»& possessio ab alio in publicando negligentiore prius
»apprehensa fuerit, vel petita, reservationibus omni-
»bus nominis administrationis, fructuum etiam om-
»nium, ac pensionum, & aliarum rerum quarumcum-
»que, nec non facultatibus indultis, & aliis conce-
»ssionibus, tam ipsis Resignantibus, seu Cedentibus,
»qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint,
»quam aliis ex hujusmodi resignationibus, cessionibus
»a Sede Apostolica factis nihilominus validis, plenum-
»que effectum sortitur.

§. 6. »Sed ne in beneficiis super possessione, vel
»proprietate litigiosis lites prosecutio turbari valeat,
»vel differri in causis hujusmodi contra cedentem ad
»ulteriora, etiam ad sententiam diffinitivam, & rem
»judicatam, ac illius executionem quousque ille qui
»gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omnia
»forma publicationis hujusmodi obtinuit, ad causam
»per se, vel procuratorem legitimum accesserit, li-
»temque hujusmodi susceperit, eodem modo, & Or-
»dine procedi possit, quo potuisset legitime, si ces-
»sio hujusmodi facta non fuisset, ac quidquid interim
»sic procedendo decretum, & expeditum fuerit, sive
»nam cedente, sive contra eum, etiam postquam ipse,
»vel quisvis alius incumbentia sibi secundum praedi-
»ctam praestiterit, non solum circa fructus, sed etiam
»circa possessionem, & ipsum jus, quod cessum
»est, valeat omnino, & vim obtineat, illumque ip-
»sum, cui gratia facta est, non minus efficiat,
»quam si ipso legitime citato contra eum decre-
»tum, & expeditum fuisset, nec ipse adversus haec
»praetextu non acceptate gratiae, vel etiam illius igno-
»rante, aut citationis, vel intimationis, vel executionis,
»contra ipsum minime demandate, aliave ratione va-
»leat excusari. Possit tamen ipse, etiamsi in lite, &
»causa hujusmodi subrogatus non sit, quandocumque
»ad illius prosecutionem, & terminationem venire, &
»a Jure coram quo causam ipsam ex delegatione
»pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis
»quibus tunc eam esse repererit etiam absque rescrip-
»to speciali admitti.

§. 7. »De beneficiis autem, quae deinceps in ma-
»nibus Ordinariarum Collatorum, etiam Cardinalium,
»etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Se-
»de habentium, ac Legatorum etiam de Latere, &
»Delegatorum etiam specialium ejusdem Sedis extra
»Romanam Curiam residentium, etiam ex causa per-
»mutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium
»universum admissionis, vel rejectionis resignationis
»hujusmodi, & si per eos facienda erit, provisionis
»resignati beneficii, juxta apostolicas, & alias canoni-
»cas sanctiones omnino absolvant. Et qui sic provisus
»fuerit, intra tres menses a die sibi factae provisionis
»illam publicet, & possessionem beneficium capiat, mo-
»do, & forma supra dictis, alioquin, illis elapsis,
»nulla sit ejus provisio, & beneficium vacare censea-
»tur eo ipso.

§. 8. »Ordinariique, & alii praedicti, qui haec, ut
»eis praescribuntur, non perlexerint, eo casu potestate
»disponendi de ipsis beneficiis, sint ea vice privati,
»eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam
»devoluta existit, ut aliis idoneis ab ipsa Sede dum-
»taxat modo, & forma praedictis concedatur. Decer-
»nentes sit per quoscumque iudicari debere, nec non
»irritum, & inane, quidquid secus super his per quos-
»cumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. »Non obstantibus praedictis Pii V. & aliis
»omnibus aliorum praedecessorum nostrorum constitu-
»tionibus de publicandis resignationibus, hujusmodi
»hactenus editis, & reformatis, quas omnes omnino
»abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis resig-
»nationibus, & cessionibus, quae in manibus nostris
»hucusque factae, & a nobis admittae sunt, & tem-
»porum ad eas publicandas juxta dicti Pii praedecessoris
»constitutionem nondum effluxit, constitutio ipsa,
»quoad

»quoad eas dumtaxat, integre observetur. Nec non
»Resignantium, sive Cedentium voluntatibus, condi-
»tionibus, protestationibus, & clausulis, in ipsismet
»resignationibus, cessionibus, seu procuratorum
»constitutionibus, & mandatis ac alias etiam ad pre-
»servationem suorum jurium & significationem quod
»non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt ap-
»positis, & quocumque verborum vi, formula, &
»multiplicatione expressis, nec non indultis, privile-
»giis, & gratis apostolicis etiam praedictis Cardina-
»libus ac eorum, & nostris familiaribus continuis co-
»mensialibus, nec non literarum apostolicarum Scrip-
»toribus, Abbreviatoribus, ceterisque Romanae Curiae
»Officialibus, & ex quibusvis causis quomodocumque
»concessis, & confirmatis, quae omnia etiam tolli-
»mus, & annullamus, ceterisque contrariis quibus-
»cumque.

§. 10. »Ut autem praesentes amplius innotescant,
»volumus, ut earum exemplis etiam impressis, Nota-
»rii publici manus subscriptis, & sigillo personae in
»dignitate ecclesiasticae constitutae munitis, eadem
»protus fides ubique, in Judio, & extra illud ad-
»hibeatur, quae adhibetur eidem praesentibus si fo-
»rent exhibitis, vel ostense. Mandamus quoque illis in li-
»brum Quinternum appellatum Cancellariae Apostolicae
»ad perpetuam rei memoriam de more referri. Datum
»Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Domini
»1584. Nonis Jan. Pontificatus Nostri anno duo-
»decimo.

80. »Finis autem hujus constitutionis est, ut tollantur
»omnes fraudes, & gravior inconvenientia, quae ex oc-
»cultis beneficiarum ecclesiasticarum resignationibus, &
»cessionibus, & permutationibus in dies oriuntur. Pri-
»mo, nempe, ut evitentur factae resignationes, &
»Resignantes, aut Permutantes remaneant in benefi-
»ciis, & exerceant actus invalidos Jurisdictionis, praes-
»ertim in Sacramentorum administratione cum maxi-
»mis periculis, & incommodis animarum: Tertio, ne
»occulte Resignantes, aut Permutantes post resignatio-
»nem, & permutationem, fructus, decimas, & alia hu-
»jusmodi indebita recipiant ex beneficiis iam resignatis,
»& permutatis. Quarto, ne Ordinarii Collatores benefi-
»ciorum defraudentur in suis Juribus, nunquam scienter,
»quis sit verus, & legitimus possessor, aut cujus
»morte vacaturum sit beneficium, & ne alia hujusmo-
»di oriantur non parva incommoda. Sic Doctores com-
»muniter.

81. »Ex dispositione igitur dictae constitutionis publica-
»ri debent resignationes, & permutationes omnium be-
»nificiorum, sive ipsa beneficia sint simplicia, sive Cu-
»rata, sive Regularia, sive Jurispatronatus, sive secularia,
»sive Regularia, sive reservata, sive non. Commu-
»niter, per expressa verba dictae constitutionis §. 4.
»Vid. Adit. omis. in fin. tom. pag. 493.

82. »Item publicari debent resignationes, & permutationes
»beneficiorum, etiamsi factae sint cum reservatione
»fructuum, administrationis, pensionis, regressus, vel
»accessus. Parisius lib. 11. quest. 5. num. 1. & seq. Garciae
»de benef. part. 11. cap. 3. num. 273. & seq. Azorius
»part. 2. lib. 7. cap. 24. quest. 7. Pirhing. lib. 1. De-
»cret. tit. 9. num. 106. La Croix lib. 4. n. 1070. & alii.

83. »Etiamsi resignationes essent nullae, & invalidae, si
»alii beneficia eo colore obtinuerint, faciendae sunt publi-
»cationes; Garciae loc. cit. num. 776. Leuren. part. 3.
»quest. 782. La Croix loc. cit. num. 1070. & Communis
»aliorum per praecisa verba dictae constitutionis sub §. 5.
»ibi: Etiamsi illa aliis nullae, & invalidae essent.

84. »Item publicari debent cessiones, & retrocessiones
»litis beneficiarum, & Jurium quorumcumque; Commu-
»niter per verba praecisa d. const. sub §. 25. ibi: Nec non
»litis, & jurium quorumcumque cessiones, ac retrocessiones.

85. »Publicari tamen non debent beneficia majora consis-
»torialia, sive quae in Consistorio conferuntur, uti
»sunt episcopatus, archiepiscopatus, primatus, patriar-
»chatus; In ipsis enim cessat ratio fraudis, cum in pre-
»sencia Papae conferantur. Communis. Alia minoria benefi-
»cia consistorialia, quae extra Consistorium providen-

FRANCO. BIBLIOTHECAE. TOM. VIII.

tur, uti sunt abbatiae, prioratus, & hujusmodi, publi-
»cari debent. Paris. loc. cit. quest. 3. num. 25. Azorius
»loc. cit. cap. 24. quest. 5. Pirhing. loc. cit. num. 104.
»& alii communiter per expressa verba dictae constitu-
»tionis §. 4.

Ad hanc publicationem faciendam teneatur omnes 87
»Resignatarii etiam exempti, quamvis sint Officiales Cur-
»riae Romanae, & Cardinales. Item illi, qui impetrant
»beneficia vacantia ob non factam a Resignatariis publi-
»cationem. Item secundus Resignatarius, quamvis pri-
»mus publicari. Paris. loc. cit. quest. 4. Azor. loc. cit.
»q. 6. La Croix loc. cit. num. 1069. Pirhing. loc. cit. nu-
»mer. 105. & alii communiter. Item publicatio faciendae
»est ab utroque permittente. Leuren. loc. cit. q. 776.
»Parisius, Azor. Cochier, quos citat, & sequitur La
»Croix. loc. cit. num. 1101. contra Navar. Barbo. &
»Ventrigl. putantes satis esse fieri ab alterutro. Unius 88
»tamen negligentia & omissio non nocet alteri. Gonzal.
»Parisius; Tondut. apud Leuren. loc. cit. quest. 871. nu-
»mer. 4. La Croix loc. cit. num. 1109. arg. loc. Sancimus
»22. Cod. de penis, ibi: Peccata igitur suos teneant au-
»tores, nec ulterius progrediatur metus, quod reperitur
»delictum, cap. Quaresiv. 2. de his, quae fiunt a majori
»parte Capituli, ibi: Cum peccata suas auctores tenere
»debeant. Et cap. Cognoscentes 2. de Constitutionibus,
»ibi: Rem; quae culpa esset, in damnum vocari non con-
»venit; & cap. Non debet 21. de Regul. Juris in 6. ibi:
»Non debet aliquis alterius odio pragrari. (Lit. I. pa-
»gin. 37. num. 122. tit. 15. §. 31. part. 7.)

Obtinentes beneficium non resignatum, sed pure 89
»dimissum, verb. gr. per assecutionem incompatibilis,
»non teneantur ad hanc publicationem. Leuren. loc. cit. 90
»num. 780. Garc. Barbo. Ventrigl. citati, & secuti a
»La Croix loc. cit. num. 1070. & alii passim. Item ad
»hanc publicationem non teneantur obtinentes Coadju-
»toriam cum futura successione, Leuren. loc. cit.
»quest. 763. 767. La Croix loc. cit. num. 1068, & alii
»communiter.

Resignationes, & permutationes factae in Curia 91
»Romana de beneficiis intra menses publicari debent in-
»tra sex menses; De beneficiis vero factae ultra menses
»intra novem menses numerandos a data concessionis
»gratiae, non autem a die praestiti super ea consensus.
»Communis per expressa verba cit. constitutionis sub
»§. 1. Factae autem apud Ordinarios Collatores, etiam
»Cardinales, publicari debent intra menses numerandos
»a die factae sibi provisionis: Communis per expressa
»verba citae constitutionis sub §. 7.

Tale tempus currit etiam contra minorem 14. anno-
»rum, cum quo Papa dispensavit ad obtinendum be-
»nificium, etiam data ignorantia ex parte minoris, quia
»decretum irritans, uti habet dicta Constitutio Grego-
»riana, ligat etiam ignorantes; Parisius lib. 11. quest. 4.
»num. 62. Prosper de Augustino in add. ad Quarant. in
»Summa Bullar. verb. Beneficiorum resignatio, & pu-
»blicatio vers. Tertio amplia. La Croix loc. cit. nu-
»mer. 107. Ventrigl. loc. cit. num. 73. Barb. loc. cit. n. 188.
»ubi dicit, id esse de communi omnium sententia.

Publicatio fieri debet in ecclesia cathedrali, & in 93
»beneficii ecclesia, seu ecclesiis, si in pluribus illud sit.
»Et si ecclesia sit ruralis, aut populo careat, debet fieri
»in cathedrali, & in parochiali, intra cuius limites be-
»nificium consistit. Et si locus bello, peste, aliisve ma-
»nifestis periculis subiacet, debet fieri in cathedrali, &
»in proxima parochiali; Et si aditus ad illas, aut ad
»utramvis minime sit securus, debet fieri in alia cathed-
»rali vel parochiali viciniore. Communis per verba ex-
»pressa dictae constitutionis §. 2.

Ipsa publicatio debet fieri, dum frequens populus 94
»ad missarum solemniam convenerit, palmam omnibus li-
»teras apostolicas, earumve Transumptam authenticum
»exhibendo, clara, & intelligibili voce pronuntiando
»resignationem, seu cessionem hujusmodi, ac benefi-
»ciorum qualitatem, & invocationem, uominaque, & cog-
»nominam Resignantis, & Resignatarii, & exemplar
»omnium, quae in publicatione facta sunt; in valvis su-
»pra dictarum ecclesiarum affixum relinquendo. Commu-
»niter.

T per

- per expressa verba dictae constitutionis §. 2.
- 95 Tali publicatio nequit fieri ante expeditionem literarum, quia dicta constitutio mandat, publicationem esse faciendam, cum literis ipsis originalibus, vel cum earum transumpto. Sic Rota in una *Vercellens. Canonatus* 23. *Januar. 1598. coram D. Corduba, & in Mediolanen. beneficij* 14. *Apr. 1614. coram Card. Sacra- to, & Doctores communiter. Fieri autem deberet, antequam caperetur possessio, ut notat La Croix loc. cit. num. 1072. Vestriglia loc. citat. num. 71. & videtur id desiderare ipsa Bulla §. 3. At ipse Ventriglia testatur id non servari in praxi.*
- 96 Publicatio est facienda, etiamsi resignatio, vel permutatio esset aliunde notoria; quia cum spectet ad formam, ut patet ex verbis Bullae §. 5. *Quod si quidquam praedictorum omnium omisum fuerit, non potest per aliquid publicationis aequipollens, seu aequivalens adimpleri, nec ab ea recedi potest sub praetextu causae praesistentis; l. Cum hi. 8. §. 17. ff. de transactionibus; Lotter. de re benefic. lib. 31. quest. 21. num. 2. & sequent. Gratian. Discept. Forens. cap. 596. n. 8. & 9. Leuren. loc. cit. quest. 783. Ventriglia loc. citat. n. 78. & alii passim.*
- 97 Publicatio fieri potest per procuratorem, dummodo speciali mandato sit constitutus; Leurenus loc. cit. quest. 799. La Croix loc. cit. num. 1077. Parisius, & alii passim.
- 98 Item fieri potest etiam per ipsum Resignantem. Leurenus loc. cit. quest. 800. cum Rota; Lotter. ibi citatis, La Croix loc. cit. num. 1077. & alii.
- 99 Ordinarii omnes, etiam Cardinales, ac Legati etiam de latere, si non admittant, vel rejiciant intra mensem resignationes, vel permutationes in suis manibus factas, sunt privati ea vice potestate disponendi de ipsis beneficiis, & totalis potestas eo ipso devolvitur ad Sedem Apostolicam, a qua hujusmodi beneficia concedenda erunt aliis idoneis, modo, & forma praedictis. Sic expresse dicta constitutio §. 7. & 8. & Doctores communiter.
- 100 Resignatarii, & Permutantes non facientes intra praescriptum tempus, & juxta indicatam formam publicationem resignationis, vel permutationis, amittunt eo ipso dicta beneficia, & omnia jura ad illa & redduntur inhabiles ad illa beneficia de novo obtinenda; ita ut eis non suffragetur regula de annali, & trienniali, & ipsa beneficia censentur vocare in Curia a die resignationis, seu permutationis factae, suntque reservata Papae, ac possunt a quovis impetrari, exprimendo modum talis vacationis, ac nomen, & cognomen tam Resignantis quam Resignatarii. Sic expresse dicta constitutio §. 5. & communis Doctorem.
- 101 Reservationes tamen pensionum, ac fructuum, & aliarum rerum quarumcumque factae super dictis beneficiis a Resignantibus, remanent validae; dummodo Resignantes, in quorum favore reservationes factae sunt, possessionem eorumdem beneficiorum ab initio re ipsa dimiserint. Sic expresse dicitur constitutio §. 5. in fine, & Doctores communiter.
- 102 Impetrans beneficium sic vacatum ob neglectam publicationem, debet ipsam publicationem facere, & omnia alia prestare, quae prior Resignatarius negligens praestare debebat. Et si plures tale beneficium impetraverint, is prae omnibus debet illud obtinere, qui primus publicationem suae impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque alia requisita adimpleverit, quamvis in data sit postremus & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita; Sic expresse dicta constitutio §. 5. circa finem, & Doctores omnes.
- 103 Impetrans beneficium vacans ob non factam publicationem a Resignatario, tenetur concludenter probare neglectam esse dictam publicationem. Navar. Summa Bullar. tit. de benefic. resignat. publ. num. 29. Barbosa loc. cit. num. 199. La Croix loc. cit. num. 180. Leuren.
- 104 Legitime autem impeditus non dicitur negligens, cum legitime impedito non currat tempus; Impedimentum enim legitimum excusat a tali publicatione facienda,

maxime si impeditus adhibuerit diligentiam. Rota de- cis. 282. part. 2. in novis. Navar. Summa Bulla part. 1. tit. de Benef. Resignat. public. Verall. dec. 2. verb. Im- pedimentum. Ventriglia loc. cit. num. 88. La Croix loco cit. num. 179. cum aliis ibi adductis; Leuren. loc. cit. quest. 803. & 804. & alii passim.

Publicatio facta probatur legitime ex Instrumento, ubi Notarius refert se fecisse dictam publicationem in omnibus, & per omnia juxta formam Constitutionis Gregorii XIII. Talis enim relatio sufficit, ut tenent Rota in Colonien. Canonatus S. Ursule 26. April. 1627. cor. D. Ubald. impressa per Vivian. post. praxim Jurisprae- trionatus decr. 52. num. 1. Parisius lib. 11. quest. 6. sum- mer. 51. & 63. Barbosa loc. cit. num. 196. & alii.

Et sufficit quod talis publicatio fiat summarie: Non enim necessarium est literas provisionis, sive Pa- papae, sive Ordinaris legere de verbo ad verbum, & per extensum; sed sufficit publicare summam dictarum lite- rarum, & illarum Transumptum authenticum exhibere; Garcias de benefic. part. 11. cap. 3. n. 290. Parisius lib. 11. quest. 6. num. 41. Ventriglia loc. cit. num. 66. Barbosa loc. cit. num. 195; ubi dat sequentem summa- riam formulam: *Notum sit omnibus, quatenus N. resig- nat in manibus suae Sanctitatis beneficium simplex eccle- siae N. hujus civitatis, seu beneficium Curatum loci de N. hujus diocesis, & de eo facta est gratia N. ut constat ex his bullis, seu literis apostolicis, aut Transumpto auten- tico, quas in manu habeo.*

Supra allata constitutio Gregoriana quoad resigna- tiones, permutationes beneficiorum eorum Ordinarii factas, secundum aliquos non videtur esse usum recepta in pluribus locis, in quibus nunquam fit Publicatio earum. Sic testatur Garcias part. 11. de Benefic. cap. 3. num. 189. de suis partibus, & signanter de suo Epis- copatu Abulensi; & Pirhing. loc. cit. num. 109. & Reiffenstuel loc. cit. num. 136. id testatur de suis par- tibus Germaniae. Flaminio tamen Parisius lib. 11. q. 9. num. 7. asserit ipsam esse ubique receptam. Et Ventri- glia loc. cit. num. 65. dicit, praedictam Bullam in hac materia Publicationis resignationum hodie praedictari. Et de facto sic servat praxis, & de stylo Curiae proceditur ad statuta in ea poenas contra negligentes, ut saepius diversis locis vidi.

Quoad resignationes beneficiorum attendenda omni- no est novissima dispositio fel. record. Summi Pontificis Benedicti XIV. in constit. incip. In sublimi... in qua prohibet resignationem beneficiorum factam cum reser- vatione pensionis, & secreto pacto hanc extinguendi, seu cassandi anticipata quadam summa conventa p- g- cuniae; Immo quamvis non intervenisset contempora- neae ad resignationem beneficii pactum extinctionis, seu cassationis pensionis reservatae, vult quod haec obtine- ri non possit a Sede Apostolica, nisi post elapsos sex menses computandos a die captae possessionis beneficii a Resignatario, & aliter obtenta debet judicari ut sub- reptitia, irrita, & nullius roboris; & in ambobus casibus declarat, tam Resignantem, quam Resignatarium totaliter decidisse ab omni jure dicti beneficii, & inhabiles ad quodcumque aliud obtinendum. Insuper ad pracludendum aditum omni fraudi, comprehendit in eadem constitutione cessionem utilitatis fructuum pen- sionis, & extinctionem ejusdem pensionis factam intra dictos menses Resignatario, aut alteri personae, & etiam ultra dictum tempus, si praecesserit supradictum detestabile pactum.

* Resignationes beneficiorum cum reservatione pen- sionis, & pacto eam cassandi, prohibentur, & annullan- tur; Benedicti XIV. tom. 1. constit. 39. incip. In sub- limi... Resignans cum hujusmodi pacto regere ac Resignatarius privatur beneficio, & ad alia assequenda inhabilitatur: Idem ibid. Pecuniae pro cessatione pen- sionis perceptae restitui jubentur; Idem ibid. Et irritan- tur etiam cessiones commodi exigendi pensiones factae intra sex menses capta possessione; Idem ibid.

Resignationes cum reservatione pensionum, & pac- to eas cassandi, damnatae & prohibita iterum declaran- tur ab eodem tom. 2. const. 10. incip. Ecclesiastica...

- 114 Resignationum fraudes ad eludendam Gregorii XIII. constitutionem aperiantur, nempe ex sunt; 1. Litera- rum expeditio nimium protrahat praesidio prorogatio- num, & restitutionum ad publicandum. 2. Iteratio Praesentiae super una resignationem identidem captae.
- 116 3. Possessio, & publicatio usque ad obitum Resignan- tis dilata. Idem ibid. qui ad occurrentium dictis frau- dibus confirmat in primis memoratam Gregor. XIII. constitutionem incip. Humano vii judicio... de publi- candis intra certum tempus praedictarum Resignatio- num gratis, & de capiendi resignatorum beneficio- rum possessione. Deinde inhibet Notario Datariae, ne recipiat consensus super resignationibus, quoties man- data Procurae habent datam anteriorem 8. mensibus quoad Citramontanos, vel 12. quoad Resignantes ultra montes degentes. Idem mandat signari supplicatio- nem infra duos menses decurrendos a data Rescripti. Item decernit, ne primam quidem prorogationem am- plius concedi, nisi docto de literis expeditis; Post prima- ram autem, vel secundam ad summam prorogatio- nem hujusmodi, alias posteriores prorogationes concedi vetat; In casu impedimenti saltem literas Execu- toribus vult esse praesentandas, relicta tamen facultate Datario concedendi alias prorogationes justificato impedimento usque ad illius remotionem. Tandem statu- it poenas per inobservantiam supradictorum incur- rendas, & praesertim, quod ipse resignationum gratia, cum omnibus inde secutus nullae, irritae, cassae & inanes sint, & censeantur perinde si nunquam ad- missae fuissent. Et injungit Datario, & aliis, ad quos spectat, ut praesentium observantiam diligenter curent. Idem ibid.
- 120 Beneficij permutatio, quae fit coram Ordinariis, in- terdum potest esse prohibita a constit. S. Pii V. incip. Officium... in qua admittuntur quidem permutatio- nes istae, sed quae sint canonicis sanctionibus consonae; ex quo fit, ut cum vetitae sint provisiones beneficii resignati factae in favorem affinium, & familiarium Episcopi, sicut etiam resignantis, ita etiam censentur vetitae permutaciones beneficiorum, cum aliquis per- mutat beneficium suum pingue; & est jam effecta eta- tis cum altero, quod est tenue, & obtinetur, sive a suis, sive ab Episcopo consanguineis: vix enim credi potest ab ista permutacione fraudem abesse, adeoque non est juxta canonicas sanctiones. De synod. alicoes. lib. 13. cap. 24. §. 10. nov. edit.
- 121 Magna intercedit differentia Concil. Trid. inter, & Bullam Pianam quoad resignationem beneficii, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, factam coram Ordinario sine hac mentione. Attento namque Concilio Tri- dentino irrita erat resignatio, & sic Resignans benefi- cium haud amittebat. At spectata Bulla Piana, benefi- cium vacat, nec potest Resignans ad illud redire, sed illud conferre debet non Ordinarius, sed Papa, aut alius Ordinarius Superior. Bene vero Ordinarius in poenam tenetur Resignantem alere, incurritque praeterea suspensionem a collatione beneficiorum; Confer Parisium de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 41. & seq. Boss. de Ordin. quoad tit. Sac. §. 12. num. 56.
- 123 Quod si agatur de resignatione mox dicti beneficii ita coram Summo Pontifice facta, resignatio erit nulla, minimeque Resignans amittet beneficium ad tramites Concilii Tridentini; nam Bulla Piana nihil innovavit de tali resignatione facta coram Summo Pontifice; Bossius ubi supra.
- 124 Num facta dici queat mentio hae, si facta fuerit per dictionem: *Forran*, vel similem dictionem dubita- tivam? Sacra Congregatio Concilii interpres negati- vam sententiam tenuit in *Landian. 9. Februar. 1626. At Rota innixa stylo Datariae affirmative respondit in Cor- dub. praesentium 27. Novemb. 1734. §. Objectionum, & in confirmatoria 18. Martii 1726. §. Ita coram clar. mem. Corio, & sequenti, & in confirmatoria 14. Martii 1746. §. 6. cor. bon. mem. Vicecomite, ubi sibi objicit mox dic- tam resolutionem Sac. Congregat. Concilii. interpretis.*
- 125 Bulla Piana prohibens, ne Episcopi conferant be-

neficia coram ipsis resignata consanguineis, affinis, & familiaribus, locum sibi non vindicat quoad benefi- cia, quae resignantur ex causa permutacionis, quippe quia in hac resignationis specie totum operatur consen- sus permutantium, & Ordinarius recognita actus val- liditate suum dumtaxat consensum, & auctoritatem in- terponi; Rot. in *Leodiens. Sebolastica* 3. Julii 1748. §. 14. coram clar. mem. Matheo, & Julii 1749. §. 11. cor. bon. mem. Vicecom.

Quoad beneficia Jurispatronatus nullum interest, utrum resignatio facta sit nullatenus requisito consen- su patronorum, an requisito & non obtento consensu hoc. Priori enim casu non est irrita ipso jure resigna- tio, sed irritanda est, ut firmant Doctores allegati ab Auctore num. 24. At posteriori casu irrita ipso jure est resignatio, ut respondit Rota in *Aurien. Parochialis* 25. *Januar. 1753. §. 8. & in confirmatoria 26. Novemb. ejusdem anni 1753. §. 4. coram Eminentissimo Bus- vio. B. (Vid. lit. E. pag. 289. col. 1. in princ. add. htp. nov. & art. 7. num. 29. verb. Beneficium.)*

RESOLUTIONES SACRARUM Congregationum.

Non est hic opus Summario.

Resolutiones Sacr. Congregationum furtive obtentae, & non expressa facti serie, non attenduntur. Rota p. 175. rec. dec. 102. a num. 15. *Ursaya miscell. sac. & prof. 1. lit. R. num. 94.*

Resolutiones Sacr. Congregationum non attendun- tur, quando sunt in terminis diversis. Rota dec. 1069. in fin. cor. *Emeric Jun. Ursaya loc. cit. num. 96.*

Resolutiones Sacr. Congregationum, si non publi- centur, attendi non debent. *Silveria Opusc. 2. & de- clar. Card. num. 8. Ursaya miscell. sac. & profan. 1. lit. R. num. 97.*

Resolutiones ultimae Sacr. Congregationum praeva- lent prioribus. *Silveria loc. cit. num. 11. Pignatelli. 1. lit. R. num. 14.*

Resolutiones Sacr. Congr. corrumpunt corrumpente fun- damento, sub quo emanarunt. Rota p. 17. recen. de- cis. 174. num. 11. *Ursaya loc. cit. num. 99.*

Resolutiones Sacr. Congr. dicuntur constituisse rem judicatam. Rota in *Tarantina Canonatus* 11. Dec. 1716. §. Unde, cor. *Fuscar. Ursaya loc. cit. num. 100.*

Resolutiones Sacr. Congr. faciunt jus, quando non 7 sunt certis circumstantiis restrictae. Rota in *Spoliana Paramentorum super Breve* 12. Jun. 1722. §. *Quoniam usus, coram Crispolto. Ursaya miscell. sac. & profan. 1. lit. R. num. 29.*

Resolutiones Sacr. Congregationum approbatae a 8 Papa dicuntur constitutiones apostolicae. Card. de Luca de *Regalibus disc. 32. num. 5. Ursaya miscell. sac. & profan. 1. lit. R. num. 98.*

Resolutionibus etiam particularium Congregatio- num deferendum est pro causis similibus, rationibus adductis a Rota part. 4. tit. 2. rec. dec. 214. a num. 6. & in *Placentina Cathedralis* 22. Jun. 1703. in fin. cor. *Molin. Ursaya loc. cit. num. 101.*

Hic advertendum superest, quod illa particula, *Et amplius*, quae saepe adducitur in fine dictarum res- olutionum, denotat, quod omnes Eminentissimi Car- dinales in illis fuerunt concordēs & quod cum materia seu causa de se clare patet, non sit amplius propo- nenda. Sic Benedicti XIV. vol. 3. notific. 14.

Aliam ad rem, Vide verb. *Declarationes*, & *Decre- ta Sacrarum Congregationum, & tom. 6. hujus Operis.*

Monitum.

Resolutiones, & decreta tum Sacr. Rituum Congre- gationis, ab ann. 1603. tum Sacr. Congr. Conc. Trid. interpretis ab an. 1700. habes in tomo 10. hujus bibliot. Chronologico ordine collecta atque disposita.

T 2

RES-